

HENRICI SAVILII

in laudem

ORATIO,

Coram Regina

ELIZABETHA

OXONII Habita.

Adjecque Decasti: Virorum Optimo
postumæ, ex ipsis Authorum Auto-
graphis deprompta, quorum Syllabus
sequenti pagina lectori exhibet.

OXONII.

Typis Academicis LICHFIELDIANIS.

Anno CIↃ. IↃC. LVII.

TYPOGRAPHVS
LECTORI.

Amice Lector,

Typographiam noſtram in bonarum literarum *vberrimas*, ſcientiarúmq; augmentũ non ſine Numine fœliciter excogitatam in Reipubl. literariæ perniciem ceſſiſſe, jam ab annis aliquot queruntur Viri docti & cordati, Indocti ſcilicet ſtipendiarij, inſanabile illud cacoẽthes & ſcribendi pruritus (Reipubl. pariter

pariter & Ecclesiæ damnosus.

apud Scholiastas, [illegible]
[illegible]
[illegible]
velim, qui sic clamitat, me non solennibus ligatam fallere; nec incepti hujus mei pœnitere. Magna enim sunt quæ nunc luce donavimus — [illegible], præsenti sæculo, & posteris profutura: non si molem æstimes sed materiam, victuro Authorum ingenio nobilitatam. [illegible] Parvi sunt quæ damus, non Marti [illegible], non ex mole, sed ex merito æstimanda.

Sæpius in libro mendosior Persius uno,
Quam levis in tali Mævius agmine vide.

Esto, mendosa sint quæ damus: Sed Academiæ Oxoniensis, sed Bodleii, sua Masterii minutiæ, modo aqua [illegible] possit, à tantis conditum. [illegible] *ineſt gratia*, & magni [illegible] non contemnenda. Nobiles gemmæ vel pulvisculum, ipsaque auri [illegible] ut recuperata, qui norant, magni æstimant. Quidnam aurum esse possit, æque ac talentum; & triticum non minus vendit qui modium, quam qui horreum. Ne diutius te morer, Aurum hic profert venale, sed non sine argento comparandum. Libellum ideo hunc ut emas consulo, ne gravedamnes; sic utriusque commodo probe consul-

tum.

rum erit, ego nummo potiar, in libro. Si mi-
nuta hęc boni consules, propediem dabimus
majora. Interim vale, & operâ nostrâ gratus
fruere.

Authorum, Opellarumque Syllabus.

I. D Hen. Savilii *Equitis Aurati, & Coll. Mertonenſis Cuſtodis dignißimi, Oratio coram* Elizabetha *Regina Oxoniæ habita, ex Autographo Bodliano.*

II. *Academiæ Oxonienſis littera* D. Tho. Bodleio τῷ πάνυ, *ex morbo decumbenti, miſſa; ex Autographo Bodleiano.*

III. *Quæſtiones* D. D. Gerardi Langbaine τῦ μακαρίτου, *Oxoniæ pro more ſolenni in veſperiis propoſitæ. Anno* 1651. *Ex Autographo.*

IV. Menſa Lubrica (*ſeu ludus, vulgo* Shovel-Board play) *Carmine Heroico ingenioniſſ. deſcripta. Authore* Tho. Maſters, *Coll. Novi doctiſſ. non ita pridem Socio. Ex Autographo Authoris.*

V. *Ejuſdem* Μονομαχία ἐς τὸν τῦ Χριςῦ σπαρτὸν, *ex Autographo Authoris.*

VI. *Eadem Latine reddita, Authore* Henrico Jacobio *Coll. Merton. olim Socio.*

VII. *Eadem Anglice reddita, Authore (Poetarum hujus ſeculi Principe) D. D.* Abrahamo Cowley.

ORATIO

D

ORATIO

Habita Oxonii, Anno 1592.
Septemb. 21. coram Regina

ELIZABETHA.

THESES.

I. *Rei Militaris, & Philosophiæ studia posse in Rep. unà vigere.*

II. *Astrologiam Judiciariam à civitate benè moratâ esse extirpandam.*

Orpus humatum, Serenissima Princeps, nisi vis aut morbus impulerit, tribus quasi gradibus tendit ad mortem; adolescentiæ, maturitatis & senectæ. Sic resp. non bellis externis oppressa, non civilibus ante tempus lacerata, naturali certè decursu habet incrementum, statum, & declinationem. Nam & omnia orta occidunt, & adulta senescunt,

& tempore corroborata tempora ista secuta sunt. Jam artes aliæ sunt necessitatis, aliæ utilitatis, aliæ eruditi luxus. Necessitatis, ut ad depellendam famem agricultura, pecuaria; ad arcendum frigus, architectura, vestiaria; ad vim propulsandam, ars militaris, boni liberalis, & gymnastica, musica, & hæc ipsa mater artium Philosophia. Luxus, ut pictura, statuaria, culinariæ, fucatoriæ artes; aliæque in quas magno corporum, majore animorum dotum studio ingenioſi. Nec in omnibus reipub. temporibus vigent istæ omnes, nec tamen ullum est tempus, in quo non aliqua. Sic enim natura comparatum est, ut necessitatis inventa tempore prima sint, otii media, extrema luxuriæ: sintque illa nascentis ferè, crescentisque reipublicæ, vigentis altera, tertia ruentis. In constituentibus remp. in bella gerentibus pro capite & salute, nasci literarum studia non solent, non possunt. Quum est pacemque nactæ, vel pro gloriâ tantum dimicantis civitatis alumna Philosophia. Contra, rei militaris scientia iis reip. temporibus non utilis modo, sed prænecessaria. Ut enim generare naturæ nobilius, eoque difficilius est opus, quam augere, quam conservare: sic majoris animi, ingenii, artis virtutis, imperium fundare quam tueri; cum novam in medio crescentem molem oderint etiam longinquæ nationes, sibi ac posteris suis metuant vicinæ. Secundum est tempus reipublicæ jam constitutæ vigentisque, in quo tuentur illa, quæ

dixi omnia, oblectationis & otij liberalis, florente etiam omnium rei militaris scientia. Quod si idem ardor animorum maneret, idem armorum studium, labor, industria, vigilantia, nempe id in quo deos omnes frustra votis fatigamus, jam diu manibus teneremus, immortalem civitatem, facile enim imperium iis artibus retinetur, quibus initio partum est. Sed nimirum cum nemo jam hostis, nisi quem nos facimus, nulla gens inimica, nisi propter nostras iniurias; cessante necessitate, armorum, quæ necessitatis causa primum sumta sunt, jacturam patimur hebescere. Labente dein paulatim disciplina, cum ex superiorum temporum virtute nihil restat, præter opes virtute congestas, & instrumenta luxuriæ; spreta jacet res militaris, afflicta divinæ particulæ mentis virtutis imperatoriæ: eodemq; labefactata motu concidunt literarum studia, seu præsidio militari destituta, seu commercij viriorum voluptatumq; pertæsa: ut nemini dubium esse queat, ea studia posse una vigere, quæ non possunt nisi una perire. Prima ætate à Roma condita usq; ad Annibalem Italiâ, Africaq; ejectum, Tollitur, ut ait Ennius, è medio sapientia, vi geritur res: Spernitur orator bonus, horridus miles amatur. Inde ad Augustum maturitatem pono: in quâ eluxerunt illa literarum lumina, Gracchi, Scævolæ, Tuberones, Crassi, Hortensij, Ciceriones, Varones. Huic ætati, ingeniorum feracissimæ, debemus Livium, Salustium, Plautum, Lucretium, Virgilium, nec minus

magnos imperatores, Mummium, Marium, Syllam, Pompeium, Agrippam; & in cœlum ferendos propter summiam in utroq; genere præstantiam M. Catonem, P. Africanum, & C. Cæsarem. Quæ tamen ætas ita rudis fuit artium ad luxum pertinentium, ita parum intelligens Græcarum deliciarum, ut Mummius, magnus (ut dixi) imperator, capta Corintho, cum maximorum artificum manibus perfectas tabulas, ac statuas in Italiam portandas locaret, juberet prædici conducentibus, si eas perdidissent, novas eos reddituros. Post Augustum, defloreſcente jam penitus bellicâ laude, stanteque rep. non vitiâ, sed rerum prius gestarum gloriâ, ex domitis nationibus peregrinis hausta, infusaque in mores civitatis peregrinitas, ut eadem studia, quasi progressu quodam naturali, idem ubique exitus maneret. Ita dominante luxurie, cum homines beati & locupletes, voluptatibus immersi, literarum studia ad Græculos servos rejicerent, dum putarent se scire, quod quisquam in domo sua sciret: à servilibus ingeniis artes liberales corruptæ emortuam jam ante rem militarem haud longo intervallo consecutæ sunt: nisi quod sub Trajano principe, cum iterum moveret lacertos imperium, reddita quasi juventute, bonæ quoque literæ efflorverunt. Testes fero è Græcis Plutarchum, Lucianum: è nostris Plinium, Tacitum: & dubitamus adhuc eas artes posse conjungi, quæ in civitate omnium gentium principe simul floruerunt, simul perierunt, simulque renatæ sunt? Num apud Græcos secus?

Prima

Prima ætas, usque ad Medica tempora, armis exercitatissima, literarum penè rudis. Inde ad Philippum Demetrii altera, literis armisque florens. In quâ Cimon, Alcibiades, Philippus Amyntę, Alexander, Seleucus, Demetrius, summi imperatores: & in omni philosophia principes, Socrates, Anaxagoras, Plato, Aristoteles, Chrysippus, non est necesse de singulis; nefas tamen fuerit de Pericle, Thucydide, Xenophonte Socratico, Dione Platonico, qui in utroque genere excelluerunt, silere. Ne in nostra quidem rep. factum est illud, quod plerique putant, literarum & armorum divortium: cum iis ipsis temporibus, quibus majores tui, Augustissima Regina, terrorem nominis sui in Galliam, Hispaniam, Siciliam, Cyprum, Asiam, Ægyptum intulissent, elucerent domi illa hujus Academię ornamenta, Europæ lumina, Rogerus Bacon, Walterus Burley, Scotus, Occhamus, Wiclevus: quos, cum ab omnibus, cum ingenii, tum doctrinę subsidiis fuerint instructissimi, isto orationis flore, quo nunc fere solum, certe nimium gloriamur, æquissimo animo patior carere. Quid? quod ne alterum quidem sine altero horum studiorum potest esse perfectum? Literę ab imperatore præsidium mutuantur, & tutelam, id est, spiritum & vitam: reddunt multa, magnaque & adjumenta belli, & ornamenta victoriæ; Historiæ veteris notitiam, id est, maximè certam, brevemque, maximè multiplicem, minimeque periculosam rerum gerendarum ex

gestis

gestis scientiam. Do L. Lucullum, qui Romæ profectus rei militaris rudis, telum gestu ingredi in Asiam venit, factus imperator. Q. Metellum, qui Cyri disciplinam à Xenophonte scriptam nunquam solebat ponere de manibus illi gloriosis, quibus Numantia & Carthago, duæ urbes Romani æmulæ fastigii, excisæ sunt. Addo ex Philosophiâ sapientibus sententiis, gravibusque verbis, ornatam orationem; qua militum animos possit jacentes erigere, ferocientes reprimere, inflammatos restinguere. Addo temperamentum morum, & sedationem perturbationum: nequid in bello iratè, in victoria superbè, in pace ultra civilem modum, neu cædibus & rapinis assueta mens immanitate efferetur. Quid illa abstrusiora? Astronomia, inquit Plato, imperatori futuro necessaria est ad temporum vicissitudines noscendas; Arithmetica ad acies instruendas; Geometria ad castra metanda, loca capienda, figurandos exercitus; hinc urbium munendarum peritia; hinc bellicorum tormentorum, operumque machinatrix. Ab hac disciplina profectus Archimedes legionum & classium imperatu solus perlevi momento luto ludificatus est. Contra Philippus Demetrii scalasum brevitate, id est, ignoratione Geometriæ, à Melitæensium oppido rejectus. Nicias superstitione lunaris defectus, id est, ignoratione Astronomiæ cum exercitu cæsus in Siciliâ. Idem cum Sulpitius Gallus in bello cum Perse provideret, prædiceretque militibus, ne

id

id propterea accidisse, quod ordine naturali, statis temporibus fiat magnum momentum ad debellandam Macedoniam, id est, ad Romanum imperium constituendum visus est attulisse. Quare etsi hæc tam varia bellorum genera perficiatur ars imperatoria, neque aliunde sumat ea, quam ex media deprompta philosophia: concedamus sane, ea studia simul esse posse, quæ nisi simul non possunt esse absoluta. Neque tamen non est aliquid, quod contra afferatur, Philosophiam vocare animum à sensibus, & contemplationi tradere rerum (dii boni!) maximarum, sed ab hac consuetudine populari abhorrentium: quantum illecebris, quasi quodam Circes poculo delinitamens, ad rerum tractandam, ad res manu gerendas, nolle accedere, nè possit quidem. Nam cum hæc, ut ait Philosophus, faciat unum ad unum, difficilequæ sit pluribus in rebus eundem excellere: tam certe difficillimum in tam dissidentibus, & natura disparatis. Ex humoribus quibus constamus, aptissima ad Philosophiam melancholia; ad arma bilis, ad voluptates sanguis: quartus ille pituita gravis ne ad mala quidem bonus. Plato tres animæ partes ponit sedibus distinctas: rationalem in capite, irascibilem in corde, concupiscibilem in jecore. Ad rationalem pertinet philosophia, ad irascibilem ars militaris, voluptatis ad ventrem genus. Quod si possent illi humores ita commisceri, ut ista sive partes animæ, sive facultates, ita tamjungi, aut aliqua

vim alterius non infringeret, non debilitaret, haberemus id quod quærimus in milite philosophum. Aut si hoc difficile est, cum ob aliud tum quia utriusque studii eadem pene ætate multo sudore, multisque vigiliis faciendis sunt tyrocinia; secernamus, si placet, à milite totum hoc philosophari, relinquamus imperatori, ei contemplativis mediocriter tinctus sit: moralis vero civilique philosophia, & politiore literatura penitus imbutus. Atque ut demus verum esse, quæ sunt ab ornatissimis magistris illata: tamen eam vim habent pleraque, non ut in una repub. simul esse non possint, sed ut ne in uno homine. Ne nos quidem civitatem ex philosophis constare volumus: quid enim ad vim arcendam foret ineptius? neque ex militibus totam: nam quid turbulentius? Resp. omnium debet esse unita, non una: cujus dignitas salusque non una laude, sed uno omnium rerum laudandarum temperamento continetur.

Sequitur Astrologia, quam eventis fallacem, usu superstitiosam, à barbaris nationibus importatam, bonis temporibus Græciæ ignotam, etiam malis Romæ pulsam, tot senatusconsultis, tot principum rescriptis damnatam, suffragantibus omnium ætatum philosophis (plebeios quosdam excipio) politicisque è repub. exterminamus: artem, quod in arte turpissimum est, nullis rectam principiis, nulla subnixam demonstratione, nullo constantem syllogismo.

Verum

Verum est, cœlum in hæc inferiora, lucc, motu virtute agere: illa omnia fovere, animare: obliquum circulum causam esse ortus & interitus: à sole & homine generari hominem; sed ab homine, ut causâ propinquâ, propriâque, quæ materiam suppeditet; à sole, ut inter efficientes coadjuvante, remotâque, & generali: qui uno & eodem calore, & semen aconiti animat ad venenum, & brassicæ ad alimentum, & rhabarbari ad medicinam; non naturam aliquam inferendo, sed ea in actum, in lucem producendo, quæ prius in materiæ potentiis delitescebant. Itaque sanus an morbosus sim, acutus an hebes, albus an ater, nihil ad cœlum stellasque, quæ eodem lumine, eodem cœli situ, eodem momento, omnibus iisdem agentia, & ex materiâ sanè dispositâ sanum producunt infantem, & ex morbosè morbosum. Quid illa externa? pauper an dives, honoribus clarus an secus? quæ rerum fortuitarum temerario intercursu, nostræque voluntatis libero motu, infinitis modis variata nullum habent cum cœlo commercium. Sed de Astrologiâ facilius est tacere, quàm pauca dicere.

RElinquæ sunt, Augustissima Regina, partes officii nostri maximi, tuis immortalibusque in nos, in rempu. in orbem Christianum, meritis debitæ, atque consecratæ. Patere igitur, ut id unus pro omnibus dicam, quod isti omnes de tuâ Majestate taciti sentiunt. Patere tuam in

C ob-

obtinendo imperio fœlicitatem, in constituendo sapientiam, in tuendo fortitudinem, in administrando constantiam, cæteras virtutes tuas, quæ omnium gentium literis & linguis commemoratæ sunt, tuorum quoque, ad quos tantarum virtutum fructus propius pertinet, voce celebrari. Cùm essent omnia fato quodam superiorum temporum plena suspicionum domi, foris bellum certum, aut pax infida: cùm in oculis, in visceribus nostris hæreret, ex illo infoelici conjugio contractum, pertinax malum, Hispanorum dominatio: cùm effusum esset ærarium, imminuti fines imperii, præsidia militæ, arces tormentis denudatæ; in his tot tantisque difficultatibus, eluxit tua singularis, ac verè divina sapientia, Divinissima Princeps. Gladium, in illa rerum mutatione, ac transitu, vagina vacuum Anglia non vidit: vidit plausus, clamores, exultationes, omnium ordinum, ætatum, hominum, nisi quibus expediret esse malum principem, hoc est, quàm dissimillimum tui. Tu Hispanos à capite, à cervicibus nostris, aut invitos depulisti, aut remisisti volentes. Tu publicam fidem, angustiis ærarii vacillantem prædiorum tuorum, rerumque pretiosissimarum venditione levasti. Tu oppida amissa, pactis conventis, quod in te fuit, recepisti: obsidum fugæ, & quorundam perfidiæ, quod præstare non poteras, perdidisti. Cumque tua castissimæ purissimeq; menti nihil placeret fallax, nihil fucatum, ea nummis adulterinis sublatis commercia revocasti, fidem restituisti. Tu

religionem

religionem, majorum instituta collapsam, aut ipso tempore desidentem, incredibili animi fortitudine renovasti, communemque asylum omnibus gentibus aperuisti: neq; dubitasti nova princeps, cum omnes propinquæ nationes propter veteres inimicitias essent infensæ, longinquarum quoque odium hâc novitate provocare. Ab his initiis profecta, sedisti deinceps belli pacisque arbitra inter reges Christianos regina: qui à factiosis civibus vexati, aut potentiorum injuriis per vim pulsi, in tuo consilio, armis, opibus acquieverunt. Testis Valesiorum familia, quorum infantiam consiliis tuis texisti, ferociam mitigasti; domumque ruentem, quantum in te fuit, sustinuisti. Testis illustrissima hæc Borboniorum, qui tuis unius freti armis, nixi pecuniis, nõ aliâ re magis, quàm majestate nominis tui stantes, te parentem agnoscunt, te deam venerantur. Testis Lusitania, cujus regem extorrem ejectumque liberalissimo hospitio accepisti. Testis Germania, Dania, Suecia: quæ tuo nutu arma sumunt, ponuntque. Quid Christianos dico? cum ipsi Turcarum, imperatores, quibus, ante hujus beatissimi seculi lumen, ne nomen quidem hujus insulæ unquam fando auditum, tui reverentiâ nominis arma abjecerint, pacemque Polonis, jam ad ultima redactis, te intervenicnte, concesserint. Dixi de singulis ferè partibus: nunc de universo orbe Christiano. Cujus cùm maxima pars, aut hæreditate

 ditate

ditate relicta, aut affinitatibus comprehensa, armis devicta unius jussu regeretur: cùm Gallia per emissarios, Turcia per mercenarios obtineret: cùm Germania partibus, Polonia bellis distineretur: cùm omnes omnium gentium principes, proceres, aut socordia negligerent, aut timore abscederent, aut avaritia inclinarent, quâ junctis nuper orientis & occidentis opibus aurum oræponderabat, cùm auctâ, ut fit, ex prosperis cupiditate, animus haud obscurè adjectus esset ad imperium universi, omniaque nemine impediente, in unius sinum casura viderentur: hîc tua divina virtus enituit, hîc invictum animi robur, cum sapientiâ singulari. Quæ oppressis primum domesticorum insidiis, Quod dii prius omen in ipsum, rupto fœdere Burgundico, quod ipse, immisso in tuam provinciam latrocinio, priùs ruperat, recepta in societatem Belgis, ampliatisque imperii finibus tot urbium accessione, bellum terrâ marique, pro salute omnium susceptum, sola gessisti. Quod cujus manibus administratum sit, non quæro, cum videam tuis auspiciis, tuis consiliis provincias adjunctas, urbes captas, naves direptas, classes depressas, non hostium fines, sed urbem sedem imperii tuis signis appetitam, obsessam, oppugnatam. Tuis consiliis Indiæ, quantas terræ totius pars, quantulâ tuorum manu, quam incredibili celeritate victoriis peragratæ! Tuis, tuis intelligo (quid dicam)

consiliis,

consiliis, tabulis, armisque completa omnis hæc Oceani ora, constrata cadaveribus litto-ra: Tuis auspiciis Hispania Anglum non vidit nisi victorem, aut victoriæ immortuum, Anglia Hispanum nisi captivum. Itaque stant tuorum objectu armorum, tuorum oppositu laterum quot sunt in Europâ regna, principatus: ipsique adeo Pontifici, nominis tui infensissimo hosti, unà cum cæteris, absque tuis armis, vel serviendum fuit, vel pereundum. Bonitatem, clementiam, justitiam, equitatem, ista pervulgata, ac propè decantata, in tantâ principe referre, regiarum & heroicarum virtutum, quæ in Majestate tua eluceant, injuria fuerit. Ne id quidem attingam, quæ mala, quam constanti animo privata pertuleris, quæ tamen & gratiorem præsentis fœlicitatis sensum attulerunt tibi, tuisque civibus certissimam salutem, principem habere, quæ & semper cogitet, crebrisque sermonibus usurpet, quid aut noluerit sub alio principe, aut voluerit. Illa commemorabo, quæ vulgo minùs nota, non minùs certè mirabilia ad laudem. Te cùm tot literis legendis, tot dictandis, tot manu tuâ scribendis sufficias: cùm consiliariorum tuorum, in minimis etiam rebus, sententias dijudices: cùm privatorum precibus, principum legationibus per te respondeas, de subditorum quoque privatis controversiis sæpissimè cognoscas: in istâ tamen districtissimâ vitâ, non

principum.

principum (quorum aliæ sunt nostris ambobus artes) sed penè mortalium doctissimus evasisse. Te magnam diei partem in gravissimorum autorum scriptis legendis, audiendoque ponere. Neminem nisi suâ linguâ tecum loqui: te cum nemine nisi ipsorum, aut omnium communibus Latina, Græcaque. Omitto plebeios philosophos, quos raro in manus tuas: quoties divinum Platonem animadverti tuis interpretationibus diviniorem effectum! quoties Aristotelis obscuritates, principis philosophorum, à principe fœminarum evolutas, atque explicatas? Dicerem libere, nemini unquam ad sacratissimam Majestatem tuam aditum patuisse semidocto, qui non ex tuis sermonibus discesserit doctissimus, nisi meæ vehementer me pœniteret tarditatis, qui in tam illustri schola tam parùm profecerim. Itaque literas, literatissima Princeps tuere ac protege: id est, nobis qui hic vivimus, nostra privilegia, illis quos emisimus suam dignitatem, sua præmia in republica in ecclesia, quod facis, conserva. Academiam utramque novis immunitatibus munire, novis legibus fundare perge. Utraque à te ornata, in te ornanda certabit, cæteroqui omni genere laudis pares, hoc nostra fœlicior, quòd tuos vultus iterum intuetur, in cujus oculis habitant Gratiæ, in fronte benignitas, in ore majestas, in pectore sapientia, in manibus liberalitas, in toto cor-

corpore, pulchritudo & venustas digna principe; digna tanta progenie, pulchritudo digna imperio: ut tecum jam prope parente natura redeamus in gratiam, quæ cum parem effusis hîc viribus, procreare non posses, neminem voluisti ex tanta principe disparem superesse.

Dignissimo Viro, & Fratri in
Christo dilectissimo de Academiâ
Oxoniensi optimè merito

THOMÆ BODLEIO,

EQUITI AURATO.

QUos dolores solent admota membra affecto corde persentire, tisdem planè nos (clarissime Bodleie) tu corde nostro periclitante, laborauimus. Ad famam ægritudinis tuæ ut ad malum domesticum trepidavimus omnes: primo loco (cui amor illius primus postulârat) nunc fratres, conjuncti huic malo amovendo incumbimus. Festinavit illa non tàm ad succurrendum filio quem peperit, quàm Parenti, qui sibi novos subinde honores quotidie parit: & quare nos, fratres cùm sumus, vel ab ipsâ Matre pietate vinceremur? præsertim cùm tàm arcto nos tecum vinculo connexuisti, ut unâ tecum vegetemus, & unâ languearnus; adeò ut in dubio sit, uter, an Nos qui ad solandum accingimur, an tu quem consolamur, plus indigeat literis consolatoriis.

Cum

Cùm enim una quæ ſit febris utrumque corripuerit, quî res ſe aliter habeat, quàm ut ægritudo quoque tu, paroxiſmos compatiamur? quàm ipſe, Academiæ purpura & ſanguis, ad cor malè affectum recreandum convenerimus, quid ſperandum felicius, quàm ut in omnibus artubus vicem purpuræ pallor, & vicem ſanguinis rigor ſuppleat? denique ſi tu vigoris noſtri fons exarueris, quid expectandum aliud, quàm ut luxentur nervi, & vena adventitio ſucco madeant rubeantq; ? Nam quaſi per conſenſum, corde Academiæ non benè ſe habente, non tantùm inferiores partes, nempe ſcholares, ſed Doctores etiam, cerebrum ipſum vacillant. Quocirca (ornatiſſime Bodleie) ſolamen annuo ab ægrotis ne expectato, cordatum tamen, & pium, quale afflicti afflictis, miniſtramus; ſed quale tandem illud? incolumitatem tuam inimis votis optant, tibi fortaſſis eri[illegible]udio, at non vel inde angit, quod votis non tam te, quàm noſmet, qui in te ſoſpite valemus, incolumes cupiamus: recordari amoris tui præteriti, ut ut nobis ſit ſummo ſolamini, neque tibi futuræ felicitatis mediocri argumento, vel inde tamen te millies necat, quòd ſemel repetendo periodum ſibi poſſe videatur: ita in perpetuis hujus mundi miſeriis affligi cupis, modo in ornamentum noſtri perpetuo vivas, nos fratres, doloris ſocios prædicare, licèt aliis levamen fuerit, anxietates tamen tuas & minus mollit, quo nos tibi teipſo ſummus chariores. Reſtat itaque, quandoquidem nulla eſt conſolandi relicta materies, ut literas vertamus in preces, quibus Deo placeret,

donare valetudinem, non tibi, cui nunquam vixe-ras, sed nobis & Academiæ, ut sicut olim frater & alumnus, ita (quod ipsum nunc es) Matri superstis Parens, & patronus fratribus, & quandocunque hanc stationem tuam Deus reposuerit meliori, fruare ut apud nos famâ, ita apud illum gloriâ.

Oxon. 17. Jan. 1612.

Salutis & dignitatis tuæ
Fratres in Christo studiosiss.

Thomas Singleton, Coll. Æneo-Nasi Principalis, & Academiæ Pro-Cancellarius.
Rich. Kilbie, Coll. Lincoln. Rector.
Rob. Abbot, Coll. Baliol. Magister.
Gul. Goodwin, Ædis Christi Decanus.
R. Hoveden, Coll. Omnium Animarum Custos.
Leon. Hutton, Ædis Christi Canonicus.
Hen. Airay, Coll. Reg. Præpositus.
Joh. Brancroft, Coll. Universitatis Magister.
Ant. Blencow, Coll. Orialensis Præpositus.
Georg. Ryves, Coll. Novi Custos.
Gul. Langton, Coll. D. Magdalenæ Præses.
Gul. Estuit, Coll. D. Johannis Præses.
Joh. Prideaux, Coll. Exeest. Rector.
Joh. Williams, Coll. Iesu Principalis.
Joh. Budden, Aulæ Lati-Portensis Principalis.
Joh. Braddell, Aulæ D. Mariæ Principalis.
Tho. Seller, Coll. Merton. } Academiæ Procuratores.
Rich. Corbet, Ædis Christi. }

QVÆSTIONES

D.D. GERARDI LANGBAIN,

τῆ μαιεύτῃ, Oxoniæ pro more solenni in Vesperiis propositæ, *Anno* 1651.

AN Dominium temporale fundetur in Gratia? *Neg.*

Regna petant alii terrena: æterna Fideles
Si post fata manet Gloria, ne properent. Isa.28.16.

An Bellum Religionis, etiam veræ, propagandæ causâ susceptum, sit licitum? *Neg.*

Legatis ubi prima suis mandata peregit
Auctor qui nostræ Religionis erat, Matth. 10.
Armorum Bellique rudes, nec viribus æques, 10. 16.
Sicut oves medios sussit adire lupos.
Sanguine fundata est Ecclesia, sanguine crevit;
Verum id, Pastoris sanguine; & hoc, ovium.
Fortia nempe pati summa est victoria: Nulla est
(Crede mihi) fidei, si qua coacta, fides.

An literis humanioribus altius imbutum Theologo necessarium? *Affirm.*

Cum populum Ægypto redigem per devia Moſes
Juratam proavis duceret in patriam,
Angelicos non ipſe, Deus, Comes ire recuſans,
Depluit è cœlo nocte dieque cibos.
At poſtquã attigerant regnanda nepotibus arva,
Jam cœpit propriis viribus eſca peti;
(Se quaſi ſubducente Deo) jam rara coturnix,
Nec de rupe bibunt, Manna nec ulla pluit.
Haud aliter cum prima ſui fundamina regni
Poneret, & denſas luce novâ tenebras
Pelleret errorum Chriſtus, miracula paſſim
Fecit & ipſe prior: Diſcipuliſque ſuis
Mox eadem ut facerent eadẽ eſt conceſſa poteſtas,
Hinc ut Evangelico conciliare fidem
Naſcenti primum poſſent; & mira Docentum,
Doctrinæ auctorem facta, probare Deum.
Hinc etiam dubios, fallendi neſcius, adſtans
Arbiter è cœlo, Spiritus ipſe docet.
Aſt ubi radicem jam firmam egiſſe per orbem
Viſa Fides (ut non deſtituente Deo)
Humanis permiſſa (tamen) conatibus: æquum eſt
Poſtulet ut doctæ ſedulitatis opem.

MENSA

MENSA LVBRICA

MONTGOM:

ILLUSTRISSIMO DOMINO

DNO EDWADO *Baroni* de Cherbury.

Roboreus longo se porrigit æquore Campus,
Adsimilis Mensæ, *Crebro* Tibicine *fultus*,
Deviet à justæ nè quà Libramine *normæ*:
Hunc (ubi sepositis placuerunt otiâ curis,
Et coïêre, suæ quibus est fiducia dextræ)
Pervolitant specie nummorum, argentea *Turba*,
Orbiculi, *& vario celebrant certamina cursu*.
Romani *credas spatium te cernere* Circi;
Aut stadium Elei, *lustro redeunte*, Tonantis.
Utque Coloratas *mirata est* Roma Quadrigas,
Et Prasino, Venetóq; *suo sua factio plausit*:
Sic & nos picta studia in contraria scindunt
Laminulæ, *& teretis facies non una* Metalli.
Hinc favor, & Partes *strepitu cava personat* Aula.
Ira procul male suada, & Rauco gutture Rixa.
At Tu, *qui primo ordiris certamine* Miſon,
Compressum extremis digitis, & pollice summo,
Deinde ita libratum tantundem ut distet ubique
A facie Tabulæ, *vi prorsum impellito* Discum,

Vi

Vi modici, namque hîc non bruta robore, quantùm
Consilii opus est. Leges *ante omnia discе,*
Et servare Modum. *Nam si violentior ibit,*
Emenso stadio *præceps ruet,* Alveus *illum*
Excipit extremæ commissus margine Mensæ,
Sandapilæ *similis, duroque immitior* Orco.
Unde datur reditus nulli, sors omnibus una;
Seu plumbi ignavi Massa est, seu divitis Auri.
Sed neque si pœnam meruit temeraria Virtus,
Segnities placeat, dextram comitatur inertem
Et pudor, & risus, cassique infamia jactûs;
Est quæ transversam distinguit Linea *mensam,*
Hanc superare tibi sit cura, nec ardua res est.
Namque avido distat de quo modò diximus alveo,
Quantùm bis Cubitus, *pes ter repetitus, adæquat.*
Nec septum hoc superasse sat est, contemnitur hostis
Qui timet, & tutâ pavidus subsistit arenâ.
Pergendum porrò; ille meis fervente Duello
Militet auspicijs, verè ille Argenteus orbis,
Et dignus splendore suo, qui Carcere *pernix*
Evolat, & (cursum accendens tenui stridore)
Lineolam *post se linquit, neque limine* Campi
Contentus, summâ gaudet consistere Metâ.
Illum hostes oculo obliquo videre, graduque
Dejicere, & merito certant spoliare Triumpho:
Sed socij fido circumstant agmine, Terga

Clan-

Claudentes, & utrumque latus, vitamque sodali
Morte suâ redimunt, Toto cum tinnula Campo
Bella sonant; Virtus, Dolus, Ars, Sors, omnia mis-
Præcipuè quando emissus Moderamine certo (cent.
Orbiculus, spatio summo sese insinuavit,
Distat ab extremâ hinc quod Pollice, Mensâ;
Huic geminum decus, hic Miles duplicarius *esto.*
At si quis multùm Virtuti *fisus, & arti,*
Fatalem Alveolum *haud metuit,* Tabulæq; *supremæ*
Hesit, & eminulus Subjectum despicit Orcum,
Intrepido vultu vestigia pendula librans;
Huic summum est pretium, Triplici hic præfulget ho-
Qui si oppugnatus, usquam statione recessit, (nore:
Servavitque locum, neque deflevêre cadentem
Mœrentes socii, plausu super æthera tollunt.
Stat juxta, & niveis Victoria covertpet alis.
Hos ego nec Manibus *doctus, neque ludere* Musâ
Doctæ Baro *expressi te fretus* Apolline Versus.

D. T. C.

T. M.

THE SHOVEL-BOARD TABLE TURN'D.

THe rough Oak *Plain'd, Poliſh'd, & Glaz'd* all ore,
And Table like with Antick Pillars bore
To keep the *Campaigne* ſteddie, that it might
Be *Levell* as the *Rule* is to the Sight,
Here, when to mitigate Severer Care,
Some *In-doore* Recreation muſt repaire
The Waſted Spirits; Thoſe who have *Dextr'ous* Skill
Let flie their *Coin like Silver*, which does *trill*
In Various order'd Courſes, and create
Contentions; Such, as when they celebrate
Bacchus his *Feaſts* the *Sacrificing* Year;
You'd think the *Romane Circus* now was here:
And as their *Painted Chariots* did divide
This and that Faction; Each one his owne ſide

ſide

Admiring and applauding; Thus there are
Small Plates of differing Stamps which in this Warre
Make differing Parties: Hence, this done, a shout
Proclaimes the Battle, th' *Eeboing Hall* throughout.
And though there's *Partiality* in each vote,
Yet there's no Brawling, no harsh sounding Note.
He who begins the strife, does first compose
His Fingers liks a Purses mouth, which showes
A shilling in the Lips. And then the *Length*
Being exactly weigh'd (Not with bruit strength)
But with advised wary force, His Hand
Shootes the *Flat Bullets* forth; It doth not stand
With Art to use much Violence; for so
They slip aside the *Measur'd Race*, or goe
Into the *Swallowing Pit*, which waites upon
Excessive Rashnesse, as the Grave ha's done
On each Extream Disease; And if once there,
There's no Returne, no more than from the *Biere*.
There every Piece must Suffer the like fate,
Be't *Clown* or *Gentleman*, be't *Lead* or *Plate*.
But if the Fear of this should make him throw
Short of the *mark* (as some will *Crab-like* goe
Lest they should run too farre) Then there is past
Censure and shame on the *Abortive Cast*.
Hee's Laugh'd at, as a *Racer* in a Bogge;
The *Lead* once call'd a *Pig*, is now turn'd *Hogge*.
There is a *Line* which must be *Cut* before
He can *Arrive* at the desired *shore*.
Nor is't enough barely to come to *Land*,
He *Cowardly Invades*, that sticks i'th' *Sand*,

IRREGULAR.

PAGINA

T

SHOVEL-BOARD

TABLE

TURNED.

THe rough Oak *Plain'd, Poliſh'd, & Glaz'd* all o're,
And Table like with Antick Pillars bore
To keep the *Campaigne* ſteddie, that it might
Be *Levell* as the *Rule* is to the Sight,
Here, when to mitigate Severer Care,
Some *In-doore* Recreation muſt repaire
The Waſted Spirits; Thoſe who have *Dextr'ous* Skill
Let flie their *Coin like Silver*, which does *trill*
In Various order'd Courſes, and create
Contentions; Such, as when they celebrate
Bacchus his *Feaſts* the *Sacrificing* Year;
You'd think the *Romane Circus* now was here:
And as their *Painted Chariots* did divide
This and that Faction; Each one his owne ſide

ſide

Admiring and applauding; Thus there are
Small Plates of differing Stamps which in this Warre
Make differing Parties: Hence, this done, a shout
Proclaimes the Battle, th' *Echoing Hall* throughout.
iality in each vote,
, no harsh sounding Note.
trife, does first compose
s mouth, which showes
And then the *Length*
Not with bruit strength)
at with advised wary force, His Hand
Shootes the *Flat Bullets* forth; It doth not stand
With Art to use much Violence; for so
They slip aside the *Measur'd Race*, or goe
Into the *Swallowing Pit*, which waites upon
Excessive Rashnesse, as the Grave ha's done
On each Extream Disease; And if once there,
There's no Returne, no more than from the *Biere*.
There every Piece must Suffer the like fate,
Be't *Clown* or *Gentleman*, be't *Lead* or *Plate*.
But if the Fear of this should make him throw
Short of the *mark* (as some will *Crab-like* goe
Lest they should run too farre) Then there is past
Censure and shame on the *Abortive Cast*.
Hee's Laugh'd at, as a *Racer* in a Bogge;
The *Lead* once call'd a *Pig*, is now turn'd *Hogge*.
There is a *Line* which must be *Cut* before
He can *Arrive* at the desired *shore*.
Nor is't enough barely to come to *Land*,
He *Cowardly Invades*, that sticks i'th' *Sand*,

THE SHOVEL-BOARD TABLE TURN'D.

THe rough Oak *Plain'd, Polish'd, & Glaz'd* all ore,
And Table like with Antick Pillars bore
To keep the *Campaigne* steddie, that it might
Be *Levell* as the *Rule* is to the Sight,
Here, when to mitigate Severer Care,
Some *In-doore* Recreation must repaire
The Wasted Spirits; Those who have *Dextr'ous* Skill
Let flie their *Coin like Silver*, which does *trill*
In Various order'd Courses, and create
Contentions; Such, as when they celebrate
Bacchus his *Feasts* the *Sacrificing* Year;
You'd think the *Romane Circus* now was here:
And as their *Painted Chariots* did divide
This and that Faction; Each one his owne side

side

Admiring and applauding; Thus there are
Small Plates of differing Stamps which in th's Warre
Make differing Parties: Hence, this done, a shout
Proclaimes the Battle, th' *Echoing Hall* throughout.
And though there's *Partiality* in each vote,
Yet there's no Brawling, no harsh sounding Note.
He who begins the strife, does first compose
His Fingers liks a Purses mouth, which showes
A shilling in the Lips. And then the *Length*
Being exactly weigh'd (Not with bruit strength)
But with advised wary force, His Hand
Shootes the *Flat Bullets* forth; It doth not stand
With Art to use much Violence; for so
They slip aside the *Measur'd Race*, or goe
Into the *Swallowing Pit*, which waites upon
Excessive Rashnesse, as the Grave ha's done
On each Extream Disease; And if once there,
There's no Returne, no more than from the *Biere*.
There every Piece must Suffer the like fate,
Be't *Clown* or *Gentleman*, be't *Lead* or *Plate*.
But if the Fear of this should make him throw
Short of the *mark* (as some will *Crab-like* goe
Lest they should run too farre) Then there is past
Censure and shame on the *Abortive Cast*.
Hee's Laugh'd at, as a *Racer* in a Bogge;
The *Lead* once call'd a *Pig*, is now turn'd *Hogge*.
There is a *Line* which must be *Cut* before
He can *Arrive* at the desired *shore*.
Nor is't enough barely to come to *Land*,
He *Cowardly Invades* that sticks i'th' *Sand*,

And dares not *Enter Caſtles*; He alone
Deſerves Applauſe and Glory, who is gone
Boldly to *Charge the Front*, conceiving ſtill
Not to be Beſt is but the ſame with *Ill*.
Him, Him the frighted Enemies *Envie*,
Caſting a *ſide-long* many a ſpiteſull Eye,
While they all Big with Emulation ſwell,
And ſtrive his *Towring Valour* to Excell.
Mean while his *Faithfull Seconds* (with th'Expence
Of what themſelves might *Gain*) *Keep*, *Barr* & *Fence*
His meritorious Fame; 'Tis ſome Renown
When once tis got, thus to Preſerve the Crown.
And now the *Fight* being *Hot*, even in this *Warre*,
Fortune, *Art*, *Virtue*, *Fraud*, all mingled are;
Eſpecially, when One with skillfull Care
Has *Stealingly crept up* into the *Spheare*
Where *Double Honour dwells*: who did begin
Single, by this brave Act becomes a *Twin*.
But He, whoſe *Virtue's i'th' Extreame*, and ſcornes
To be'mongſt any ſouldiers but *Forlornes*;
He who dares *Hang 'ore Death*, and no way dreads
The *Gaping Grave*, but with pois'd Valour Beds
Himſelf i'th' very *Brink of Ruine*, and
Dang'rouſly High doth even *Falling ſtand*.
He, He the *Triple Crown* doth win and wear;
And if his *Pope-ſhip* all Aſſaults can bear,
And *Sit* his *Hollow Chaire*, ſo that no Eye
Bewailes his *Downfall*; Then unto the Skie
His Praiſe reſounds: His Party *Peans* ſing,
And *Vict'ry* claps Him with her *Whiteſt Wing*.

Thus,

Thus One, *Translator* turn'd at your Command
Chooſes to ſhew his ruder *Cobling Hand*
Rather then *Diſobedience*: ſo that here
Nothing but *plain dull Duty* doth appear.
While the more *Noble Latin's Undreſs'd Pride*
Lookes like the *Table turn'd on the wrong ſide.*
A Poet that could Gameſters Humours *hit*,
Might on each paſſage *Play*, and *ſhovel* Wit.
But here for me 'tis Glory *Not t' Excell*,
" *When it had been but Idleneſſe to doe Well.*

ΕΙΣ ΤΗΝ ΤΟΥ ΧΡΙΣΤΟΥ

ταφὴν Μονοστροφικὸν.

Ἄλις ἐμοὶ σιωπᾶν
Καὶ μὴ λαλεῖν μῦθον χρεών,
Καὶ βάρβιτον λαβοῦσα,
Σεμνὸν κρίνω ὕμνον
Σταυρωμένῳ Ἄνακτι.
Ὦ δαυμάτων ἄπλητε
Θηρωρὲ, κ' ἀπέραντε·
Τί σοὶ, τί πρῶτον εἴπω;
Θέλω λέγειν, ἀνίκρατον ζητοῦσα,
Μακρεσί τε Δαίμονι χεῖρον·
Πῶς θεὸς ὢν ἔθανες!
Θέλω λέγειν ἀνιχνίαστα εἶνδα
Ἑλίκι, ὅτι λύσον ὦν ἐχθρῶν
Τὸν ἴδιον Πατέρ!
Θέλω δ' ὁδὸν ἀΰλαν
Θέσφατον δρόμον
Τετραέτους νεκροῦ,
Καὶ ἀσχμάλωτον Ἅιδου,
Καὶ θάνατον θανάτῳ δαμέντα!
Ἀλλά μοι ἀμφιζήμιον ἔκκειται ὄρος,
Καὶ πολύδρυ κολώνη γῆμι ἔπαι,
ὀλλυόντων, ὀλλυμένων τε.
Ἐκθόρε· ἐς λόφον ὄμματα,
Τίς μέλος κρίμα βίων,
(Ὡς ὑδὲν δυσὶν ἴκελος;)
Ἐκ δ' ἐπίδη τριδύγιον φίμφα;
Πρηΰ κόρυνον
Ἠέλιος κακιφανής

Καὶ

Καὶ ἀλετῶν ἱερὸν πρέτος·
Ἐσφράγισαν, σπόγγοις
Νηλεέστι χύμβοις
Πεπερμένον ὕδωρ ἐς ὕδωρ!
Ἄνδρωπε πάλαν, ταῦτ' ὀπαδὸς βλέπεις;
Οἰμωζε πολλὰ,
Ἐδῶπα ῥῆξον,
Καὶ πύθε σίγνον
Καὶ πίλλε χάστην,
Καὶ παλάσχνα κιγῶ·
Ἢ ἰχ ὀράς ὁλοπίφυσον;
Στίλβοντ' ἐ φλοχὶ
Σιδονίης ἀλὸς, ἀλ-
-λ' ἅιμαπ παζομβφ,
Τῷ ῥὶ ἀπὸ κροπίφων
Κυκλυμένων ἀνήνδης
Ὀξυσίμοισι κουρεῖς·
Τῷ ἢ ἐν ὅπ μελίων
Κεχαραγμένον ἰμάδλης·
Πιχρῆσι ζυμπλοκῆσι
Ἄνοιγ', ἄνοιγε
Πύλας ὀπωπῶν·
Καὶ πηλὰς βλεφάρων
Αἴζαι· Ψίκαζε, λῦε χαΐαν
Σιὼ πὶ ἀφρῶδες
Ἐὸν αἷμα χλαν-
-τ'. ὀλίγ' ἔτλα λοίκιον δάκρυα
Τίς φθίνθ, ἢ ζωτός;

Θωμᾶς ὁ Μαγῦρος
April 29. 1633.

In Meſsiæ Cruciationem Carmen Scolion.

SAtis [fuit] inſpirationis nugatoriæ.
Muſa permuta chordas,
Et Barbito arrepto,
Auguſtum inſona hymnum
Crucifixo Regi.
O miraculorum vaſte
Theſaure, atque immenſe!
Quid tuum, quid primum dixero?
Vellem dicere inenarrabile hominibus
Beatiſque Angelis ænigma,
Quid deus-immortalis mortuus es?
Vellem dicere imperſcrutandas profunditates
Miſericordiæ, quia lytrum pro hoſtibus
Filium præbuit Pater.
Vellem ſublimiter eloqui
Myſticum Triumphum
Triduani Cadaveris,
Et Captivum Orcum,
Mortemque morte profligatam.
Niſi quod mihi circumfremit Calvariorum mons,
Et fragoſo ſtrepitu gravantur aures
Perdentium, Pereuntiumque.
Exſilite ad Collem Oculi;
Quis medius trium pendet
(Quam nil duobus ille ſimilis?)
Extenſus quadrijugo ſtipite?
Manſuetum caput
Amœnè inclinans,
Et brachiorum ſacrum robur
Tranſverſum expandens,

Immi-

Immitibus clavis
Perfossum hîc & Illîc
Homo mi sesse, hæccine immotus aspicis?
Plora Ubertim,
Vestem Concinde,
Et tunde pectus,
Ac vellica crinem,
Medullitusque perturbare.
Nonne cernis totum — purpuratum?
Sed haud fulgentem flammâ
Tyrii Maris, verùm
Sanguine stillante
Partim à temporibus
Cinctis spinarum
Acriter-mordente incisurâ;
Partim ex artubus
Insignitis flagellis
Amaro amplexu.
Aperi, Aperi
Portos oculorum;
Et fontes Palpebrarum
Salve: irrora, madefac terram
Cum illo prodigenter
Proprium Cruorem effundente.
Pauculas quasdam distillare lachrymas
Quænam invidia [sit] ô Homo?

H. I.

CHRISTS

CHRISTS PASSION.

Taken out of a Greek Ode, written by Mr. *Masters* of *New* College in *Oxford*.

I.

Enough, my muse, of earthly things,
And inspirations but of wind,
Take up thy lute, and to it bind
Lowd, and ever-lasting strings,
And on 'em play and to 'em sing,
The happy mournfull stories,
The Lamentable glories
Of the great crucified King;
Mountainous heap of wonders! which do'st rise
Till Earth thou joyn'st with the skies!
Too large at bottom, and at top too high
To be half seen with mortall eye.
How shall I grasp this boundlesse thing?
What shall I play? what shall I sing?
I'le sing the mighty riddle of Mysterious love,
Which neither wretched men below, nor blessed Spirits above,
With all their Comments can explain;
How all the whole World's life to dy did not disdain.

II.

I'le sing the Searchlesse depths of the compassion divine,
The depth's unfathom'd pit
By reason's plummet, and the line of wit,
Too light the plummet, and too short the line!

How

How the Almighty Father did bestow
His own eternall Son, our ransom for his foe;
I'le sing aloud, that all the world may know
The Triumph of the buried Conqueror.
How Hell was by's prisoner Captive led,
And the grim stayer Death stink by the dead.

Methinks I hear of murdered men the voice,
Mixt with the Murderers confused noise,
Sound from the top of Calvary;
My greedy eys fly up the Hill and see
Who 'tis hangs there the ornament of the Tree;
Oh how unlike the others be!
Look how he bends his gentle head with blessings from the tree!
His gracious hands, e're stretch't but to do good,
Are nailed to the inf amous wood,
And sinfull Man doe's fondly hind
The armes, which he extends t'imbrace all humain kind.

Unhappy Man, can'st thou stand by, and see
All this as patient, as he?
Since 'tis thy fault alone bore,
Make then his sufferings thine own,
And weep, and figh, and groan,
And beat thy breast, and tear
Thy garments and thy hair,
And let thy griefs and sighs be true,
Throughout thy lamenting house's view.
Do'st thou not see the Temple, in Purple rend all over,
Not Purple brought from Sidonian store,
But made of stone with richer pure?

Do'st

Do'ſt thou not ſee the Ruſty nailes enlock
The thorny Garland, by his temples worn?
Do'ſt thou not ſee the bloud-red tracts
Of the ſharp ſcourges, rude embraces
If yet thou feeleſt not the ſmart
Of Thorns and ſcourges in thy heart,
If that be yet not crucified
Look on his hands, look on his feet, look on his ſide.

V.

Open, ah open wide the Fountains of thine eyes
And let 'em call
Their ſtock of Floyds are ſcarce, reſerve no ſtore
For this will ask it all.
'Twould all (alas) too little be,
Though thy ſalt tears ſtreame from a Sea:
Can'ſt thou deſpair me now, when he
Has open'd all the Veines for thee?
Take heed, for by his ſide a Myſterie ſtood,
May well be underſtood,
That he will ſtill require ſome Waters to his bloud.